

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9517

Auteur(s) : Gilbert de Rouvres [particulier]

Bénéficiaire(s) : Robert, frère de Gilbert de Rouvres [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1177-1182]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Gilbert de Rouvres concède à son frère Robert le bien dotal de leur mère d'Epineville. Pour cette concession Robert donne un anneau en or et une épée à Gilbert. Gilbert lui donne en outre un moulin et deux hôtes au Houlme et deux autres hôtes à Malaunay à tenir de lui en fief. Pour cela Robert donne à Gilbert 110 sous d'Anjou et rachète ce moulin pour 22 marcs d'argent que leur père avait empruntés et pour lesquelles ce moulin était en gage depuis 35 ans. Leur mère Mathilde concède à Robert le revenu de Malaunay pour trois ans pour aider son rachat.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 52H34.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Date : 1177 ou 1179-1180 ou 1182 (Barthélémy Fergant, maire de Rouen, 1177, 1179-1180, 1182).

Texte d'après A

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Gislebertus de Rovres dedi et concessi Roberto fratri meo hereditarie tenendum maritagium matris nostre de Espinevilla, ei scilicet et heredibus suis de me et heredibus meis, pro cuius concessione dedit mihi unum anulum aureum et unum ensem. Dedi insuper et concessi eidem Roberto fratri meo et heredibus suis de me et heredibus meis tenendum in feodo et hereditate, molendinum de Fossa quod est apud Hulmam, cum omni multa sicut antiquitus in eo fuerat, et duos hospites apud Hulmam, scilicet Alveredum Mallart et Robertum de Freschenes et alios duos hospites apud Malum Alnetum, scilicet Bernardum de Malo Alneto et Robertum Falsart, cum omnibus tenementis et redditibus ipsorum. Hec autem omnia predicta concessi ei et heredibus suis de me et meis heredibus tenenda hereditarie, per quedam calcaria deaurata que singulis annis inde redditurus est ad Pascha. Pro concessione vero ipsius molendini et predictorum quatuor hospitum dedit mihi idem Robertus centum et decem solidos Andegavensium, et molendinum ipsum redemit de viginti duabus marchis argenti a Waltero filio Geroldi et a Stephano filio Radulfi filii Urselini, quas pater noster in vita sua jam diu empruntaverat. Et quando Robertus eum redemit, fuerat idem molendinum triginta et quinque annis in vadimonio. Et idem Robertus frater meus de omnibus istis predictis tenebris devenit meus homo. Et sciendum est quod Matildis mater nostra concessit eidem Roberto per tres annos redditum Mali Alneti quod habebat in dotalicio ad auxilium redemptionis predicti molendini. Pro qua re concedo, si ipse Robertus moreretur antequam mater nostra, quod ipsa tota vita sua habeat ipsum molendinum in pace cum tota moleta, ubicunque sit, sive in religione sive in seculo. Et si mater nostra ante moriatur quam Robertus, concedo quod Robertus redditum Mali Alneti loco matris sue per

predictos tres annos in pace habeat. Hoc concessi et confirmavi coram Bartholomeo Fergant qui tunc erat major commune Rothomagi, et coram paribus et communia et coram Willelmo de Mala Palaud serviente regis. Testes, Hugone de Hulma, Hugone de Maisnil, Roberto de Esledis, Matheo de Bust, Rogero filio Gherelt, Eudone de Stella, Rogero filio Enghelart, Henrico de Malo Alneto, Warengo, Hugone de Creissi, Roberto de Fastovilla, Roberto de Belnai et Jordanno fratre suo, Antelmo de Povilla, Cuberto de Sancto Audoeni, Anselmo Parte, Radulfo Barr', Radulfo de Vinea, Ludovico Fergant et aliis.